


jectum & predicatum, sunt de integritate locutiones alienigenae, id est alii probabiliter dicunt, quod totum, quod sequitur, est de forma. cum totum hoc, quod additur, non sit locutio per se, sed sit determinatio praedicati.

Ad 2. non dixit S. Thom. quod verba, quae sequuntur, sunt essentialia Consecrationi sanguinis, sed Sanguinis prout in hoc Sacramento confertur, quod multum differt. Duo enim S. Doctor in Consecratione Calicis spectat, unum quod vinum convertitur in sanguinem, alterum quod exprimitur verbis Passio Christi & sanguinis eius effusio. Confert 1. solutionem Objectionis praecedentis. Dicit ergo, verba, quae sequuntur, esse essentialia, non Consecrationi seu conversioni vini in sanguinem, quippe quae illam non efficiunt, sed significationi explicitae Passionis Christi & sanguinis eius effusionis, prout in hoc Sacramento consecretur. Unde solum ibi concludit S. Thom. quod illa verba sint de substantia; non quod sint de essentia; quia respectu Sacramenti essentialia non sunt, licet ad exprimentam virtutem sanguinis Christi sint essentialia.

Ad 3. ex commentariis in Apostolum. Non querit ibi S. Doctor, an omnia, aut quaedam tantum verba, quae recitantur in Consecratione, sint adhibenda; sed agit contra quosdam, qui dicebant historicis relata, & dicit probabiliter non posse fieri, nisi per verba, quibus utitur Ecclesia: an autem omnia sint necessaria adhibenda, an prima sufficiant? non illic discutit, sed inferius. Solutio patet tum ex verbis praecedentibus, tum ex ratione, quam immediate subiungit: Evangelium enim, inquit, verba Domini recitare intendunt, quantum ad rationem historiae, non autem secundum quod ordinantur ad Consecrationem Sacramentorum, quas in occulto habebant in primitiva Ecclesia propter infidelitatem.

Ad 4. docet S. Thom. omnia esse de necessitate formae, non ut illam essentialiter constituentia, sed ut eam explicantia, sive esse de necessitate formae, non ut consecrantis, sed ut exprimentis Passionem Christi, & sanguinis eius effusionem, ut dicitur est. ad 5. non dicit, totum habere vim effectivam, sed totum pertinere ad vim effectivam; scilicet priora pertinent ad vim effectivam per modum causae efficientis, sequentia per modum applicationis causae & effectus; quo sensu posset dici quod totum in hac forma, Absolve te a peccatis, pertinet ad vim effectivam. Ceterum, si quidam his non acquiescant: noverint magis standum esse doctrinae, quam S. Doctor senior tradidit in sua Summa, quam, ut in prioribus operibus scripsit. Unde dato, quod id 4. & in Commentariis in 1. Cor. 11. contrariam opinionem tenuerit, dicendum erit mutasse sententiam in Summa.

Obj. 3. Rubrica referunt haec verba: Novi & aeterni, &c. majusculis litteris sicut praecedentia: Sacerdos eodem ritu hostiam manū tenens ea recitat, nec prius sanguinem adorandum proponit, quam omnia protulerit; atque haec indicant omnia



DISSERTATIO VI.

DE USU, SEU SUMPTIONE, NEC NON DE EFFECTIBUS EUCHARISTIAE.

D. Thom. Quaest. 79. 80. & 81.

MULTA hic occurrunt discutienda. 1. de necessitate, seu obligatione sumendi Eucharistiam. 2. de Communionem sub utraque specie. 3. quibus exhibenda, quibus deneganda Communionem? 4. de dispositionibus, tam ex parte corporis, quam animae, requisitis ad Communionem. 5. de modo, quo Christus usus est Sacramento. 6. de ejus effectibus. Quae omnia complexus est Auctor tribus questionibus citatis.

ARTICULUS I.

De necessitate, seu obligatione sumendi Eucharistiam.

TRIPLEX est modus manducandi corpus Christi. (Opusc. de Sacr. c. 17.) Primus Sacramentalis tantum. Secundus spiritualis tantum. Tertius Sacramentalis simul & spiritualis. Primo modo manducant mali Christiani. Secundo omnes salvandi, qui voto hunc celestem cibum edentes fide viva per dilectionem operante ejus fructum percipiunt. Tertio soli boni Christiani. Ita post Auctorem Concil. Trid. sess. 13. c. 8. Jam ubi observavimus, aliquid duplici modo esse necessarium ad salutem, nempe necessitate mediae, & praecipui. Illud dicitur necessarium necessitate mediae, quod ex sua natura, vel institutione est ita

pertinere ad essentiam formae: ergo. R. N. Min. Ideo enim omnia iis litteris scribuntur, eodem ritu pronuntiantur, nec prius proponitur sanguis adorandus, quam omnia sint prolata, quia omnia pertinent ad eandem formam; sed diversimodè priora essentialiter, sequentia integraliter, ut explicativa, sicut compositio adaequata propositionem. Sic in forma Penitentiae omnia verba haec: Ego absolvo te a peccatis in nomine Patris, &c. eodem ritu proferuntur, quamvis non omnia ad essentiam pertineant. Sic Graeci eodem ritu proferunt: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, licet haec ultima verba non sint essentialia: sic tandem nos ipsi eodem ritu dicimus; Hoc est enim corpus meum, quamvis enim non sit de essentia. Adde, quod, cum sententia opposita sit verè & valde probabili; Ecclesia Romana prudenter sequitur, quod est tutius circa validitatem tanti Sacramenti: quam etiam ob causam Rubricae praecipunt, ut si verba sequentia omitti contingat, forma ex integro repetatur.

APPENDIX.

Explicantur verba utriusque formae.

IN Consecratione panis Hoc sumitur substantivè, & demonstrat indeterminatè substantiam contentam sub speciebus panis. Est non sumitur pro Significat, ut voluit Haereticus; sed in naturalis significatione pro extremorum connexionem. Corpus importat non materiam nudam, non compositum informatum anima dante esse corporeum, sed compositum ex materia & forma, abstrahendo ab anima, vel forma eadveritica. Pro 1. & 2. particula vide Diss. 1. art. 4. §. 1. Obj. 2. & 3. Pro 3. particula, Diss. 4. art. 1. Meum significat non unionem, sed identitatem corporis Christi. Vide ibid. Concl. 3. Obj. 2. Enim significat rationem, ob quam antecedenter dictum est, Accipite & manducate. In Consecratione Calicis Hic non est adverbium loci, alioquin non significaretur mutatio substantialis; sed est pronomen sumptum similiter substantivè demonstrans immediate liquorem, seu potum contentum sub speciebus vini quod est in Calice; Cuius enim, ut dictum est, ponitur tropicè, ut continens pro contento. Dicitur Sanguis novi & aeterni Testamenti; quia sicut veter testamentum vitalium sanguine confirmatum fuit Exod. 24. ita hoc novum confirmatum est sanguine Christi: Dicitur Novum, quia novissimis temporibus est exhibitum, & a veteri distinctum. Dicitur Aeternum, quia nunquam antiquandum, & est de bonis spiritualibus & aeternis, cum veter esset de temporalibus tantum. Dicitur Mysterium fidei; quia, quod proponitur in hoc Mysterio, sola fide attingi potest, & inter alia fidei Mysteria est spectatissimum. Dicitur, qui pro vobis, scilicet sumentibus; & pro multis, id est, omnibus sufficienter Effundetur, de quo in Tract. de Deo, in remissionem peccatorum, quae est effectus sanguinis Christi in cruce effusi.

charitatis non est necessaria neque parvulis neque adultis necessitate mediae ad salutem. Prob. ex Conc. Trid. sess. 21. c. 4. ubi S. Synodus declarat, Parvulos usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentale Eucharistiae communionem. Et rationem subiungit: Siquidem per Baptismi lavacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa aetate amittere non possunt. Deinde subdit. Neque idèd tamèn damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit; ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certè, eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia tenendum est. Et Can. 4. definit: Si quis dixerit, parvulis, antequàm ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiae communionem; anathema sit.

Eandem fidem constantè tenuerunt SS. Patres, qui unanimiter docuerunt per Baptisum deleri peccatum originale, & conferri gratiam sanctificantem, consequenter baptizatos statim post Baptisum morientes salutem aeternam adipisci; praesertim Aug. quem nobis opponunt Haereticis; sic enim libr. 1. de peccat. meritis cap. 19. loquitur: Verumtamèn, si parvulus percepto Baptismate de hac vita emigraverit, soluto reatu, cui originalliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine veritatis, quod incommutabiliter manens in aeternum justificatos praesentia Creatoris illuminat. Peccata enim sola separant inter homines & Deum, quae solvuntur Christi gratia. Item Ep. 98. alias 23. ad Bonif. & Ep. 166. alias 28. ad Hieronym. haecque esse germanam S. Doctoris doctrinam, testatur S. Fulgentius infra citandus.

Eandem etiam semper fuisse Ecclesiae fidem tam pro adultis, quam pro parvulis, invicè probant 1. quod antiquitas denegaverit etiam in exitu Communionem lapsis in graviora peccata, ut in adulterium: itèd, quod tunc sicut, nunc, denegaverit Plereticis, infirmis ad vomitum proclivibus, & in pluribus locis ad mortem d. munitis. 2. Quod nunquam constituerit Laicos, Mulieres, Paganos dispensationis hujus Sacramenti Ministros, sicut Baptismi. 3. Quod non obstitit disuetudini conferendi Communionem infantibus, quin potius contrarium probaverit, nullo reclamante, nisi Haereticis.

Prob. tandem ratione Theologica. Eucharistia ex sua institutione est Sacramentum vivorum, non confersens primam gratiam, sed supponens collatam, non remittens peccata, sed supponens remissa, conferens autem tantum augmentum gratiae, seu gratiam cibantem, quae supponit vitam, & quae juvat ad praevendenda peccata futura: ergo antè realem Eucharistiae assumptionem, & independentèr ad illa, homo potest habere omniam requisita ad salutem, scilicet remotionem peccati & gratiam sanctificantem. Quantum ad Eucharistiam in voto jam dixi dissentire Theologos; sed forè conciliabuntur, si tollatur verborum equivocatio, & sententiae ad legitimum sensum revocentur.

Observandum itaque, Sacramentum Eucharistiae duplici modo posse considerari. 1. Ut est Sacramentum particulare contra alia Sacramenta distinctum, speciale producens effectum per modum causae efficientis, nimirum augmentum gratiae, seu gratiam cibantem. 2. Potest considerari sub ratione communi omnibus Sacramentis, quae est unio cum Christo & corpore ejus mystico virtute illius Passionis; hanc enim important omnia Sacramenta, sed cum hoc discrimine, quod Eucharistia illam importet per se & essentialiter, quia continet substantialiter ipsum Christum, & ejus Passionem mysticè exhibitam; alia verò Sacramentum hanc unionem important participativè tantum. Haec autem substantialis unio per Eucharistiam a quibusdam vocatur res Sacramenti, ab aliis manducatio spiritualis. Ex hoc verò discrimine sequitur, quod, cum Sacramentum Eucharistiae sit in hoc genere unionis praecellentissimum, omnia alia Sacramenta ad ipsum ut ad finem ordinantur; quia omnis inchoatio tendit ad suam consummationem, & omne imperfectum ad suam perfectionem, tanquam ad finem. Haec observatione posita.

Dico 2. Votum Eucharistiae, consideratè ut est particulare Sacramentum, non est necessarium necessitate mediae ad salutem; secus, si consideretur ut spiritualis manducatio sub ratione unionis substantialis cum Christo Redemptore, & ejus Passionem mysticè exhibita. Prob. 2. Pars Votum alicujus rei non censetur necessarium, nisi ut obtineatur effectus hujus rei, est enim ejus vicarium; atque effectus Eucharistiae, ut est Sacramentum particulare, utpotè gratia secunda, non est necessarius necessitate mediae ad salutem, ut supra diximus: ergo. Confirm. Votum seu desiderium non est propter se, sed propter rem desideratam: ergo implicat, quod votum sit necessarium, si res ipsa desiderata non sit necessaria. Prob. 2. Pars Eucharistiae, considerata sub ratione unionis substantialis cum Christo Redemptore, & ejus Passione mysticè exhibita, est consummatio & perfectio aliorum Sacramentorum, consequenter eorum finis, ut dictum est in observatione: ergo ista sunt media ad istum finem. Subsuaque; atque intentio finis includitur

in volitione mediorum, & ex illis mediis, scilicet Sacramentis, quadam ut Baptismus, & Penitentia sunt necessaria necessitate mediae: ergo & finis intentio. Hanc autem intentionem, dicimus votum, quod quidam vocant votum tacitum, quidam interpretativum, quidam latè dictum, quod nobis perinde est. Atque hac explicatione arbitror conciliari sententias apparentèr contrarias.

Nihil autem aliud intendere Auctorem citata q. 73. art. 3. certum mihi videtur. Dicit enim in corpore: In hoc Sacramento duo est considerare, scilicet ipsum Sacramentum, & res Sacramenti. Dicitur est autem, quod res hujus Sacramenti est unitas corporis mystici, sine qua non potest esse salus. Et infra: Baptismus est principium spiritualis vitae & janua Sacramentorum. In Eucharistia verò est quasi consummatio spiritualis vitae, & omnium Sacramentorum finis, ut dictum est q. 63. art. 3. per sanctificationes enim aliorum Sacramentorum fit preparatio ad suscipiendam, vel consecrandam Eucharistiam. Et idèd perceptio Baptismi est necessaria ad inchoandam vitam spiritualem; perceptio autem Eucharistiae est necessaria ad consummandam ipsam: non ad hoc, quod simpliciter habeatur, sed sufficere eam habere in voto, sicut & finis habeatur in desiderio & intentione. Item ad 1. & in hac q. 80. art. 9. ad 3. docet ex Aug. unumquemque fidelium fieri participem spiritualiter corporis & sanguinis Domini, quando in Baptismo membrorum corporis Christi efficitur, quia nempe ista inchoata incorporatio tendit ex se ad incorporationem perfectam & consummatam per Eucharistiam tanquam ad finem.

Si petas, quomodo Confirmatio, Extrema-Unctio, & Matrimonium ordinentur ad Eucharistiam tanquam ad finem? De Baptismo enim, Penitentia, & Ordine, satis constat. R. (Hic q. 65. art. 3. o.) quod etiam illa tria Sacramenta ordinentur ad Eucharistiam, si non ad eam sacramentaliter suscipiendam, saltem vel ad disponendum ad ejus effectum, qui est unio cum Christo, vel ad eum conservandum. Nam Confirmatio roborat nos ad fidem servandam contra ejus impugnatores, consequenter ad conservandam unionem cum Christo, quae, ut diximus, est effectus generalis omnium Sacramentorum, principaliter tamèn appropriatur Eucharistiae, & ab illa derivatur tanquam a fine. Extrema Unctio olim conferebatur autè Viaticum, ut dispositio ad illum: nunc autèm, cum conferatur post illud, ordinetur ad conservandam unionem cum Christo in ultimo conflictu. Matrimonium sua significatione attingit hoc Sacramentum, in quantum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, cujus unitas per Sacramentum Eucharistiae figuratur. Item conducit ad reprimendam concupiscentiam, cujus refrenatio est maxima ad Eucharistiam dispositio.

Obj. contra 1. Conclusionem. Ex his verbis Joann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest introire in Regnum Dei, colligitur Baptisum in re esse necessarium necessitate mediae ad salutem: ergo ex his Joann. 6. Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis, colligi debet Eucharistiam esse necessarium necessitate mediae ad salutem; utrobique enim lisdem verbis, & eodem modo significatur necessitas utriusque Sacramenti. R. N. Cons. Plures disparitates inter utrumque textum delinimus in Tract. de Baptismo Diss. 3. art. 1. Obj. 1. quarum una est, quod haec verba, Nisi manducaveritis, &c. in secunda persona dirigantur ad adultos praecipui capaces, & sic pro illis important praecipui necessitatem: ista verò, Nisi quis renatus fuerit, &c. in tertia persona dicuntur generaliter de omnibus. Altera disparitas est, quod Baptismus sit institutus, ut renascentia spiritualis, quae est omnibus necessaria necessitate mediae ad salutem: ac Eucharistia ut cibus spiritualis, qui vel non est necessarius ad vitam aliquandiu servandam, ut patet in cibo corporali; vel si sit necessarius, cum sit spiritualis, sufficit quod sumatur spiritualiter (Hic quaest. 74. art. 3. ad 2.) Haec est enim differentia inter alimentum corporale & spirituale, quod alimentum corporale convertatur in substantiam illius, qui nutritur, & idèd non potest homini prodesse ad vitae conservationem, nisi realiter sumatur; sed alimentum spirituale convertit hominem in se ipsum, juxta dictum Aug. 1. 7. Confess. c. 10. potest autèm aliquis in Christum mutari, & ei incorporari voto mentis & actibus virtutum, praesentia Charitatis, sine reali perceptione hujus Sacramenti.

Inst. 1. Aug. hanc Christi sententiam: Nisi manducaveritis, &c. etiam ad parvulos extendit: ergo. Prob. Ant. 1. 1. de peccat. meritis c. 20. dicit: Dominum audiamus, non quidem de hoc Sacramento lavacri dicentem, sed de Sacramento sanctae mensae suae, quod nemo ritè nisi baptizatus accedit. Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis... in verò quisquam hoc etiam dicere audeat, quod ad parvulos haec sententia non pertinet? similiter alibi: ergo. Hoc testimonio & quibusdam aliis similibus mo-

moti quidam etiam inter Catholicos, censent Augustinum tenuisse realem sumptionem Eucharistiae esse necessariam parvulis necessitate medi ad vitam aeternam; & in hoc a sententia communi ceterorum Patrum recessisse. Verum obstant, quae ex S. Doctore protulimus in probatione Conclusionis. Insuper eadem labes foret inurenda Innocentio I. & Gelasio, qui sedit ann. 492. quorum primus Ep. ad Patres Concilii Mileviani 182. alius 93. inter Augustinianas; alter Ep. ad Episcopos per Picenum, eundem ferè loquendi modum ac Augustinus tenuerunt; quod directè contradiceret Concilio Trid. sess. 21. c. 3. declaranti sine controversia credendum esse, SS. Patres, qui Eucharistiam parvulis contulerunt, nulla salutis necessitate id fecisse: Igitur

R. Aug. loqui de manducatione spiritali & mystica, de qua in 2. Conclusionem, scilicet, de incorporatione enim Christo, & ejus corpore mystico, quae habetur per Baptismum, & etiam adscribitur Eucharistiae ut causae finali; quatenus haec inchoata incorporatio per Baptismum ordinatur ad suam consummationem per Eucharistiam tanquam ad finem, ut dictum est. Et haec esse mentem Aug. constat 1. Ex scopo S. Doctoris; ibi enim disputat contra Pelagianos, qui concedebant pueris non baptizatos non intrare Regnum Caelorum, propter hanc sententiam Christi. *Nisi quis renatus fuerit*, &c. contendebant tamen, eos habere nescio quam vitam aeternam, quam fingebant distinctam a Regno Caelorum; contra quos sic arguit Augustinus. Nemo potest habere vitam aeternam, nisi manducaverit carnem Christi, vel realiter, vel saltem spiritaliter, juxta hanc alteram Christi sententiam: *Nisi manducaveritis*, &c.; atqui parvuli non baptizati non manducant illam realiter, ut patet; neque spiritaliter, quia spiritalis manducatio, quae est unio cum Christo & ejus corpore mystico inchoatur, & fit per Baptismum in ordine ad perfectam unionem per Eucharistiam: ergo. 2. Constat de mente Aug. ex ipsomet, quippe qui in pluribus locis intelligit hanc Domini sententiam de dicta manducatione spiritali. Sic l. 3. de peccat. meritis c. 4. dicit ex illa sententia: *Nisi manducaveritis*, &c. parvulos non posse habere vitam extra Christi corpus. *Cui ut incorporentur, Sacramenta Baptismatis imbuuntur.* Et Tract. 26. in Joann. *Hinc itaque cibum*, inquit, *& potum societatem quae intelligi corporis & membrorum suorum, quod est Ecclesia sancta*; deinde distinguit Sacramentum a re Sacramenti, ac tandem concludit: *Hoc est manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere.* Constat ex S. Fulgentio fidelissimo Aug. Interprete, qui libr. de Bapt. Aethiops, interrogatus a Ferrando Diacono de salute juvenis Aethiops, qui morti proximus baptizatus discesserat, priusquam Eucharistiam recipere posset; respondet & probat multis Scripturae locis, & SS. Patrum testimonio, Aug. praesertim in quodam sermone ad Infantes, hunc Juvenem habere vitam aeternam, quia per Baptismum factus est membrum Christi, & particeps effectus Eucharistiae: ac tandem sic concludit. *Arbitror, sancte Frater, disputationem nostram praesertim Doctoris Aug. sermone firmatam; nec cuiquam esse aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque Fidelium corporis sanguinisque Domini participem fieri, quando in Baptismo membrum corporis Christi efficitur; nec alienari ab eo panis Calicisque consortio, etiam, antequam panem illum comedit, & Calicem bibat, de hoc saeculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat.* Nihil expressius. 4. Tandem, quia S. Thom. alter accuratissimus Aug. Interpretes sic S. Doctorem interpretatur q. 73. art. 3. ad 1. & hic q. 80. art. 9. ad 3. & Theologi communiter.

Inst. 2. Aug. verbis in instantia laudatis distinguit Baptismum ab Eucharistia: ergo non loquitur de manducatione spiritali, seu incorporatione corpori Christi, quae habetur per Baptismum. R. D. Ant. Aug. distinguit Baptismum ab Eucharistia hoc sensu, quod haec Christi verba: *Nisi manducaveritis*, &c. sint ex professo & primaria intentione dicta de Eucharistia, & non de Baptismo, C. hoc sensu, quod non possint intelligi de spiritali manducatione, si extendantur ad parvulos, N. Patet ex aliis locis citatis Aug. ex S. Fulgentio, & S. Thom. Honor. Tournely hanc communem, & tot momentis fultam responsum variis argumentis impugnat; constatque, Aug. locum fuisse de manducatione reali Eucharistiae, non quidem ex propria sententia, sed ex sententia & hypothese Pelagianorum, contra quos sic arguit ad hominem. Nemo non baptizatus est particeps corporis Christi; atqui nemo non particeps corporis Christi habet vitam: sicut enim de Baptismo dicitur: *Nisi quis renatus*, &c. non potest intrare in Regnum Caelorum, ita de Eucharistia, *Nisi manducaveritis*, &c. Non habebitis vitam in vobis. Verum ante omnia debuisset probare eruditissimus Theologus Minorem argumenti, intellectam de manducatione reali, admitti & supponi veram a Pelagianis; quod nec probavit, nec probare potuit, si quidem Pelagiani

sententiam Christi, *Nisi manducaveritis*, literaliter sumptam pro manducatione reali, intelligerent sicut nos spectare adulteros dumtaxat, & non parvulos. Nec satisfacit laudatus Theologus respondendo, quod, ut stet robur argumenti, non sit necesse, quod supponat tanquam ab ipsis concessum actualem & realem Eucharistiae sumptionem esse necessariam ad vitam habendam, sed satis esse, ut ex certa consecutione lege adigat eos hoc fieri, quod ex eorum principii necessario sequitur. Haec inquam responsio non satisfacit: qua enim consecutionis lege adacti fuerint Pelagiani hoc fieri, non apparet, cum id ex eorum principii minime sequeretur: utramque enim Christi sententiam intelligebant, sicut nos intelligimus, hanc *Nisi quis renatus* de omnibus absolute, etiam de parvulis istam, *Nisi manducaveritis*, &c. ad litteram de solis adultis. Communi itaque responsioni standum esse, arbitror.

§. II. Utrum sit Praeceptum divinum sacramentaliter communicandi?

Dico (Hic q. 80. art. 11. o.) Aduli tenentur praecocepto divino ad sacramentalem communionem. Est communis cum Auctore, qui, quamvis in 4. d. 9. art. 1. quaestione. 2. contrarium docuerit, hic tamen disserte Conclusionem asserit his verbis: *Manifestum est, quod homo tenetur hoc Sacramentum sumere, non solum ex praecocepto Ecclesiae, sed ex mandato Domini dicentis Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem.*

Hoc Praeceptum divinum colligitur. 1. Ex Christi verbis Joann. 6. *Nisi manducaveritis*, &c. quae important praecoceptum pro adultis capaxibus de communionem, non minus quam ista, *Nisi quis renatus*, &c. & *Nisi poenitentiam egeritis*, imista, *Nisi quis renatus*, &c. de Poenitentia pro adultis praecocepti capaxibus. Et, quamvis quidam SS. Patres hanc Christi sententiam: *Nisi manducaveritis*, intellexerint de manducatione spiritali, ut patet ex precedentibus; non tamen negarunt etiam debere intelligi de manducatione orali; & sic intelligendam esse, probavimus Dis. 1. hujus Tract. art. 3. §. 1. Confer cum Art. 4. Obj. 1. Colligitur 2. ex his aliis Christi verbis, *Hoc facite in meam commemorationem*; quorum sensus videtur hic: hoc totum, quod fecimus, me consecrante, sumente, distribuite, & vobis recipientibus, facite vos, successores vestri, & vobis subditi; & cum feceritis, facite in meam commemorationem. Haec ergo verba diriguntur & ad Apostolos, eorumque successores, & ad Laicos proportionaliter; ad Apostolos & Sacerdotes, ut consecrent, sumant, & distribuunt; ad Laicos, ut recipient. Unde Trid. sess. 13. c. 2. dicit: *In hujus Sacramenti sumptione colere nos sui memoriam, praecoceptum Quo loquendi modo agnoscit in verbis Christi praecoceptum Eucharistiam sumendi.*

Suadet ratio. Christus instituit hoc Sacramentum per modum cibi, ad conservandam vitam spirituales necessariam: *Nisi manducaveritis, non habebitis*, id est, non conservabitis diu, vitam in vobis: ergo congruum erat, ut ejus usum praecoceptum; sicut enim cibis corporalis ad vitam corporalem conservandam necessarius est in praecocepto, a fortiori idem est dicendum de cibo spiritali, ad vitam spirituales conservandam necessario.

Petes 1. Utrum hoc praecoceptum divinum obliget omnes adultos, tam fideles, quam infideles? R. Probabilis affirmative; Fideles quidem obligat simpliciter & immediate; infideles vero mediate, scilicet, ut convertantur, & sic communicent: quia Lex, *Nisi manducaveritis*, dirigebatur generaliter ad omnes adultos, tam infideles, quam fideles: Christus enim alloquebatur Capharnaitas, inter quos erant multi non baptizati. Nec obstat, quod non baptizatus sit incapax communionis; sufficit enim, quod tenetur baptizari, quo mediante est capax communionis. Sicut, licet existens in peccato mortali sit incapax communionis pro illo statu, erit tamen reus violari praecocepti communionis, si omittat illam sumere definito tempore; quia tenetur poenitere, & sic fieri capax communionis.

Petes 2. Quomodo obliget istud praecoceptum divinum? R. obligare 1. in articulo, seu proximo mortis periculo. Est communis contra paucos; idque inuit universalis Ecclesiae praxis, & sollicitudo ministrandi moribundis. Viaticum, quemadmodum praecoceptum Can. 12. Concilii generalis Niceni I. & in pluribus aliis Conciliis, ita ut non sine magno scandalo infirmis morti proximis non peteret, aut resuscitaret Viaticum. Ratio est; quia Eucharistia instituta est, ut Viaticum confortans adversus salutis hostes. Nullum autem est tempus, in quo sit magis necessarium, quam cum homo ingreditur iter aeternitatis, & acrioribus hostium insultibus oppugnatur, quod est articulus mortis. Non est eadem ratio de Confessione, quae non est instituta in Viaticum: nullus est tamen, qui, etsi non habeat mortalia, illam omittat in periculo mortis. Hinc colliges, mulieres praegnantas, quae regulariter difficile, & cum

periculo mortis parient, periculose navigaturos, praetiaturos, teneri jure divino ad communionem, si tempus suppetat, & sit moralliter in eo instanti possibilis.

Dices. Ecclesia olim denegavit propter quadam graviora peccata Eucharistiam moribundis, & nunc etiam denegat damnis ad extremum supplicium: ergo haec obligatio non est Juris divini, in quod nihil potest Ecclesia. R. 1. Nullam unquam fuisse Legem generalem ab Ecclesia universali latam, prohibentem dari Eucharistiam in utroque casu proposito; eaque a quibusdam Ecclesiis particularibus statutum improbant Theologi non pauci, dicuntque fuisse reprobata motu proprio S. Pii V. ann. 1565. 2. Potest negari Consequentia; quia Christus hoc praecoceptum tulit sub directione Ecclesiae, cui Sacramentorum administrationem commisit; sique non est absolutum, sed conditionatum, si scilicet, & quando bene visum fuerit, Ecclesiae. 3. Praecoceptum divinum de communionem obligat etiam plures in vita; quia instituta est ut cibis spiritalis ad reparandas vires animae, quae saepius fervore concupiscentiae, passionum illecebris, mundi, & demonis insultibus debilitantur. Quia tamen nullum observationis hujus praecocepti tempus est vi Juris divini determinatum, censetur illi satisfacere, qui semel in anno communicat, quia Ecclesia non plus exigit. Per accidens autem potest quis saepius obligari, si nempe communionem existimet sibi necessariam ad resistendum gravi tentationi.

Petes 3. Utrum, qui heri, vel hodie iterum communicavit, & vesper incidit in periculum mortis, tenetur tamen communicare per modum Viatici? R. 1. Qui heri communicavit, & hodie incidit in periculum mortis, probabiliter tenetur iterum vi praecocepti divini communicare per modum Viatici: quia, licet opus praescriptum adimpleverit, non tamen adimplevit eo tempore, quo praecoceptum obligabat; & ideo non censetur praecoceptum adimplevisse. Nec est simile de illo, qui ex devotione audiens Missam die Festo, quae ignorat, satisfacit praecocepto, nec tenetur audire aliam Missam; quia iste facit opus praescriptum eo tempore, quo praecoceptum, & quae obligat praecoceptum, non alter. Ille autem non censetur satisfacere praecocepto, qui licet opus praescriptum ponat, non ponit tamen tempore praecocepto, seu tempore quo obligat praecoceptum. Sicut ille non satisfacit praecocepto Communionis Paschalis, qui aliquot diebus ante quindena paschalem communicat, & ideo tenetur iterum communicare in quindena. R. 2. Qui eo die, quo communicavit, incidit in periculum mortis, probabiliter, nec debet, nec potest eodem die iterum communicare: non quod Praecoceptum divinum per se non obliget, ut patet ex precedenti responso; sed quia per accidens ab ejus obligatione excusatur ex Lege Ecclesiae prohibentis communicare bis in die, ob reverentiam tanto Sacramento debitam. Neque hoc est corrigere, aut abrogare Praecoceptum divinum, sed ejus usum ex justa causa limitare, & disponere ut decenter fiat: sicut limitat, & disponit, dum prohibet, ne, etiam propter moribundum communicandum, celebraret sine vestibus sacris, sine lumine, vel in fermento, aut post escam; idque jure facit Ecclesia ex facultate sibi a Christo data, dum ei Sacramentorum administrationem commisit. Huic resolutioni favet D. Thom. in 4. d. 12. q. 3. art. 1. q. 4. o. ubi indefinitè, & nullo casu excepto, dicit. *Homo non debet plures in uno die communicare.* Scio, quosdam non improbabiler huic responsioni contradicere, & contrariam praxim tenere, ut teste Amico hic disp. 27. contingit in morte R. Patris Aquaviva Generalis Societatis. Verum in his quique attendere debet ad usum suae Ecclesiae.

Petes 4. Utrum pueri doli capaces, & apti ad confessionem, sed nondum admissi ad communionem, si in periculo mortis constituantur, tenentur ex praecocepto divino communicare. R. probabiliter affirmative. Quia Ecclesia praecipiendo communionem annuam omnibus adultis dum ad annos discretionis pervenerint, quod reputatur, ut dicam modò, inter decimum, & decimum tertium, aut decimum quartum annum circiter, determinavit dumtaxat tempus communionis indeterminatum ex praecocepto divino; quod autem erat divinum praecoceptum determinatum, intactum reliquit; atque ex praecocepto divino omnis adultus rationis compos tenetur in articulo mortis ad communionem: ergo. Hinc graviter culpandi sunt Parentes, qui ne solvant majora iura funeralium, non curant, ut communicatio suis proliis moribundis administraret sub praetextu, quod nondum fecerint primam communionem.

§. III. De obligatione communicandi ex praecocepto Ecclesiae.

Extat hoc praecoceptum in Concilio Later. sub Innoc. III. ann. 1215. c. 21. his verbis: *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia peccata sua, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, vel alieno; prius tamen a proprio Sacerdote impetrata licentia....* Theol. Biluani Paris Tertius.

suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiae Sacramentum: nisi forte de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus participatione duxerit abstinentium: alioquin vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, & mortens christiana careat sepultura. Et Concil. Trid. sess. 13. can. 9. *Si quis negaverit, omnes, & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, tenni singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, juxta praecoceptum matris Ecclesiae; anathema sit.*

Explicatur hoc praecoceptum. Dicitur 1. (In 4. d. 9. q. 1. a. q. 4. o.) *Omnis adultus, cum ad annos discretionis pervenerit.* Major requiritur discretio ad communionem, quam ad confessionem, ut patet ex Ecclesiae praxi, quae ad confessionem admittit septenses doli capaces, quos non admittit ad communionem. Et ratio est, quia convenit, ut suscipiens Eucharistiam eo rationis usu polleat, ut possit discernere corpus Christi, & hujus Mysteriorum magnitudinem. Difficilior est autem hujus Mysteriorum intelligentia, quam Poenitentiae; & aliunde Poenitentia est magis necessaria. Porro iste perfectior rationis usus ad communionem requisitus citius in uno, tardius in altero ad communionem diversam organorum dispositionem, & diversam educationem; ejus latitudinem plures computant inter 10. & 14. annum circiter.

Dicitur 2. (Hic art. 10. ad 5.) *Ad minus in Pascha.* In primitiva Ecclesia, quando vigeat magna devotio fidei Christianae, fideles quotidie communicabant: innuitque Auctor ex Anacleto Ep. quae refertur de Consecr. cap. *Episcopi*, fuisse tunc de Communionem quotidiana praecoceptum, aut statutum, ab Apostolis derivatum. Postmodum vero, dimisso fidei fervore, Fabianus Papa indulxit, ut si non frequentius, saltem ter in anno omnes communicarent, scilicet in Pascha, Pentecoste, & Natali Domini. Refertur de Consecr. cap. *Etsi non frequentius.* Tandem, propter iniquitatis abundantiam refrigerent charitate multorum, Innocentius III. in Concilio Later. statuit, ut saltem in anno, scilicet in Pascha, semel fideles communicarent.

Dicitur: *In Pascha*; id est, juxta Ecclesiae praxim & Bullam Eugenii IV. quae incipit: *Fide digna*, intra quindena Paschalem, a Dominica Palmarum inclusive usque ad Dominicam in Albis etiam inclusive. Possunt Episcopi tempus ante vel post extendere: in quibusdam Diocesisibus totum tempus Quadragesimae reputatur Paschale quoad communionem. Possunt etiam non solum Parochi, ut fert Decretum, sed etiam Confessarii ex causa rationabili differre particulares ultra quindena Paschalem; cum enim in confessione excipienda gerant vices Parochi, eadem pollent facultate quoad communionem.

Petes 1. Ubi, & a quo sumenda est Communio Paschalis? R. sumenda esse in propria Parochia a proprio Sacerdote. Ita communis, & securus. Quamvis enim in Canone: *Omnis utriusque sexus* id clarè non exprimitur, innuit tamen. Insuper Parochus jure communi in Clementina Religiosi l. 5. tit. 7. est solus Minister Eucharistiae dispensanda, ita ut nemo sine ejus, vel Episcopi, aut Papae licentia possit illam dispensare: in Privilegiis autem, quibus id conceditur Religiosis, excipitur *Dies Pasche*, seu diei Resurrectionis. Ita Paulus IV. Bulla *Cum sicut*. Et Clemens VIII. qui ann. 1592. definivit adversus quosdam Pastores Duacenos, posse Sacerdotes Religiosis approbatis sua peccata confiteri sub expressa conditione: *Dummodo tamen talem saeculares Christi fideles Sacramentum Eucharistiae die Festo Paschalis Resurrectionis in propria Parochia ab eorum Parocho sumant.* Vide Tract. de Religione Dissert. 6. art. 7. *Dies vero Pasche*, sive *Dies Resurrectionis* non intelligitur materialiter de ipso die Pasche, sed de communionem, quae ex praecocepto Ecclesiae debet fieri tempore Paschali. Unde quovis tempore Paschali, etiam ipsa die Resurrectionis Religiosi possunt per se, vel per Sacerdotes Saeculares, in suis Ecclesiis Eucharistiam ministrare petentibus ex devotione, si constat satisfecisse, aut satisfacturos praecocepto in sua Parochia.

Eximuntur autem ab obligatione communicandi in propria Parochia, 1. Sacerdotes, qui, ubi celebrant, satisfaciunt praecocepto Communionis Paschalis: tum quia Canon *Omnis utriusque sexus* loquitur de suscipientibus, nimirum ab alio, non de celebrantibus: tum quia ita fert consuetudo recepta. 2. Religiosi omnes, quibus sufficit recipere communionem in suis Ecclesiis; & Religiosorum Privilegiatorum commensales, qui praecoceptum adimplent communicandi in ipsis Religiosorum Ecclesiis ex privilegio Pontificum Clementis IV. Bulla, *Virtute conspicuus*; Innocentii VI. Bulla, *Religiosis servor*; Leonis X. Bulla, *Dum intra mentis arcana*; Pauli III. Bulla *Licet, debitu*. 3. Peregrini, & alii absentes tempore Paschali a sua Parochia, ad quam accedere commode non possunt, satisfaciunt praecocepto Communionis Paschalis communicando in Ecclesia Parochiali loci, ubi transeunt reperiantur. An autem communicando alibi satisfaciatur, non liquet. 4. Eximuntur ii, qui

has Parochias permittit alibi, quam in propria Parochia communicare; ad quod sufficere potest contentus Parochi interpretativus, ut, si quis ex justis causis fundatè præsumeret Parochum consensus, si peteretur, cum voluntate post factum ipsi indicandi. Sed quid de eo, qui habet duo domicilia? Communicare debet in ea Parochia, in qua habitat tempore Paschali. Utrum varò satisfaciatur, qui communicat in Ecclesia Cathedrali, quæ non est propria Parochia? Videtur, quod non; tum quia nomine Parochia intelligitur in Jure *districtus Ecclesia Presbyteri*; tum quia pastor non satis agnosceret, qui præceptum adimpleret, nec Parochiani sat suum Parochum agnoscerent; tum denique, quia usus est contrarius.

Peres. 2. An, qui sive culpabiliter, sive inculpabiliter non communicavit in Paschate, sit liber a præcepto usque ad sequens Pascha? Suppono, eum, qui de consilio Pastoris, vel Confessarii omisit communicare in Paschate, teneri communicare tempore designato a Pastore, vel Confessario; quia, cum uterque habeat facultatem prorogandi tempus Communionis Paschalis, currit adhuc istud tempus pro isto Peccante, proindeque viget adhuc pro illo præceptum Communionis Paschalis. Unde peccat contra hoc præceptum, si malitiosè apponat impedimenta ejus adimpletionem, ut si non vellet se ad eam disponere. Quæstio est itaque extra hunc casum; ad quam R. negativè, quia hoc præceptum duo importat. Primum, ne communicatio differatur ultra annum: Alterum, ut fiat tempore Paschali. Quantum ad communionem in Paschalem ad eam amplius non tenetur, quia, cum elapsus sit tempus Paschale, facta est illi impossibilis: sicut, qui non audit Sacrum die Dominica, non tenetur audire die Lunæ, quia est onus futurum die, qui transit. At quantum ad communionem ultra annum non differendam tenetur ad illam statim moraliter; & quo magis sine causa differt, eo magis præceptum transgreditur, & peccat quia tempus non est determinatum, ut finiat obligatio, sed ne ultra præcepti adimpletio differatur: sicut, qui in termino præfixo non solvit debitum, non idèò extinguitur obligatio solvendi, sed e contra magis urget. Supponit Responsio, quod ille, de quo est quæstio, non communicavit a Paschate præcedenti. Nam, si in decursu anni communicavit, videtur, quod possit differre usque ad finem anni computando a tempore, quo ultimo communicavit, ut sic ultra annum non differat communionem; quod est, quod intendit præceptum.

Nec obstat, quod Parochi urgeant ad communicandum omnes, qui non communicaverunt in Paschate: sic enim se gerunt Parochi, quia ex communitè accidentibus supponunt eos non communicasse toto anni decursu; sic enim plerumque accidit, ut, qui non communicant in Paschate, nec per anni decursum communicaverint. Ex hac Responsione colliges, quod, qui prævidet futurum impedimentum communicandi intra quinquendiam Paschalem, ea nondum inchoata, si ab ultimo Paschate non communicavit, tenetur prævenire, non quidem ut satisfaciatur præcepto Communionis ut Paschalis, quod nondum obligat, sicut qui prævidet se non posse audire sacrum die Dominica, non tenetur audire die Sabbathi; sed ut satisfaciatur præcepto Communionis annuæ, seu non differendi communionem ultra annum, quod urget toto anni tempore.

Dixi: *Quinquendia Paschali nondum inchoata*; quia ubi semel inchoata est, urget præceptum Communionis Paschalis. Unde, si prævideat futurum impedimentum ultimis diebus, debet primis diebus præceptum adimplere, etiamsi ante quinquendam communicasset: sicut, qui die festo manè prævidet futurum impedimentum audiendi ultimum Sacrum, debet aliud prius audire.

§. IV. Utrum per communionem sacrilegam adimpleatur Præceptum divinum, quam Ecclesiasticum, communicandi?

Dico. Neque divino, neque Ecclesiastico præcepto communicandi satisfi per communionem sacrilegam. De præcepto divino videtur certum. Christus enim, ut dicit Trid. sess. 13. cap. 2. *Sumi voluit hoc Sacramentum tanquam spirituales animarum cibum, quo alantur, & confortentur viventes vita illius qui dixit: qui manducat me, ipse vivet propter me.* Joann. 6. atqui, qui communicat sacrilegè, non sumit Eucharistiam ut cibum spirituale animæ, sed ut venenum, juxta illud Apost. 1. Cor. 11. *Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit.* ergo.

Prob. de præcepto Ecclesiastico: 1. ex hac propositione damnata ab Innocent. XI ann. 1679 die 2. Martii. *Præcepta Communionis annuæ satisfi per sacrilegam Domini manducationem.* Unde nunc est certa, & in praxi tenenda. 2. Ecclesia cap. *Omnia utriusque præcipit*, ut Eucharistia singulis annis reverenter suscipiatur; atqui, qui sacrilegè communicat, non suscipit reverentè: ergo. Confirm. Ecclesia in quantum potest,

repellit indignos a communionem: ergo non nisi dignam communionem vult, & præcipit. 3. Ecclesia non condidit novum præceptum, sed divinum determinavit quoad tempus: ergo idem præcipit, quod divinum; atqui divinum non satisfi per communionem sacrilegam, ut dictum est: ergo nec Ecclesiastico. 4. Nemo satisfi præcepto naturali, aut superioris, sumendi cibum ad vitam corporalem conservandam, qui sumit voluntarie venenum, aut apponit impedimentum, ne proficiat cibum: ergo similiter.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1. Ecclesia non præcipit actus internos; atqui esse in statu gratiæ pro communionem est quid internum: ergo. R. D. Maj. Ecclesia non præcipit actus purè internos, C. actus internos necessario conjunctos cum externis, ut hi constituentur in certa specie moris. Subdistinguo: Non præcipit directè, transeat: indirectè, N. Præcipit autem Ecclesia communionem ut cibum spirituale, & univiam Christo, qui non potest esse talis sine statu gratiæ, & idèò hunc statum indirectè præcipit. Pro ampliori hujus argumenti solutione vide, quæ dixi in Tract. de Legibus Dissert. 4. art. 1. in Tract. de Relig. Dissert. 2. art. 8. §. 8.

Obj. 2. Modus præcepti non cadit sub præcepto, ut etiam nos docuimus dùm de Legibus, & patet; quod enim quis ex vana gloria audiat Sacrum, aut faciat elemosynam, satisfi præcepto; atqui; quod quis dignè, & in statu gratiæ communicet, est modus præcepti: ergo. R. D. Maj. Modus præcepti, præcepto ipso non expressus, aut non necessarius, ut substantia operis præcepti constituitur in certa specie moris, non cadit sub præcepto, C. Maj. Si sit ipso præcepto expressus, aut sit ita intrinsecus, ut sit necessarius ad hoc, quod opus præceptum constituitur in certa specie moris, N. Jam autem modus dignè communicandi ipso præcepto exprimitur, cum dicitur, *reverenter suscipiat*, & Ecclesia indignos a communionem repellat. Item est sic intrinsecus, ut sit necessarius ad hoc, quod communicatio sit cibum spirituale, & spiritualiter nutritivus, sub qua ratione præcipitur: sicut attentio interna ad horas præcipitur: quia est necessaria, ut recitatio horarum constituitur in specie actus Religionis, & orationis.

Inst. 1. Quando modus operis præcepti præcipitur, intervenit duplex præceptum, unum de substantia operis, alterum de modo; atqui potest impleri præceptum de substantia operis, non impleto præcepto de modo, ut patet in præcepto de audienda reverentè Missa: qui enim audit Missam ex pravo fine, puta videndi puellam, non audit reverentè, & tamen satisfi præcepto quoad substantiam operis, ita ut non teneatur alteram Missam audire: ergo similiter. R. D. M. Potest impleri præceptum de substantia operis non impleto præcepto de modo, si præceptum de modo non includatur in præcepto de substantia, C. secus, N. Hic autem præceptum de modo includitur in præcepto de substantia, quia præcipitur actus, seu sumptio Eucharistiæ, ut cibum animæ, quæ non est talis, nisi dignè sumatur. Et ad exemplum de præcepto audiendi Missam disparitas est, quod non obstante malo fine extrinsecò possit adhuc reverentè audire Missam, si nempe corpore, & mente illi adsit; id enim solum præcipit Ecclesia; at, qui in statu peccati mortalis communicat, nullo modo reverentiam, quam Ecclesia præcipit, ac servat.

Inst. 2. Qui, accepto stipendio pro Missa, illam celebrat in malo statu, suæ obligationi satisfi: ergo, & Ecclesiæ præcepto. R. N. Cons. Disparitas est, quod Sacrificium Missæ, quantum ad valorem ex opere operato, & orationes nomine Ecclesiæ recitatas, æquivalent Sacrificio boni Sacerdotis: id autem solum tenetur applicare danti stipendium. At Communionis annuæ indignè facta non est proficua, sed nociva communicanti.

Inst. 3. Qui in statu peccati mortalis adimplet satisfactionem injunctam a Confessario, satisfi ipsis præcepto: ergo similiter in nostro casu. R. N. Cons. Disparitas est. 1. Quod ad virtutum officia, sive sint satisfactoria, sive alterius generis, non requiritur gratia habitualis sicut in communionem, sed sufficit actualis: alioquin omnia Infidelium, & Peccatorum opera essent peccata, quod est damnatum in Bajo. 2. Satisfactio injungitur a Confessario, non ut per viam meriti peccatorum veniam obtineat, quæ jam supponitur obtenta, sed ut aliquam penam pro peccatis sustineat, & malis habitibus per assuetudinem peccandi comparatis obsistat; qui fines obtineatur per satisfactionem etiam in malo statu peccati. At per communionem sacrilegam nihil nisi damnatio acquiritur.

Obj. 3. Saliem finis præcepti non cadit sub præcepto; sic quamvis maceratio corporis sit finis jejunii, qui jejunat, & non maceratur, satisfi præcepto; atqui nutritio spiritualis est finis præcepti de communionem: ergo nutritio spiritualis non

cadit sub hoc præcepto. R. 1. posse totum concedi absque conclusionem detrimentum. Non enim dicimus simpliciter nutritionem spirituales actuales cadere sub præcepto, sed quod cibum assumptus sit spiritualiter nutritivus, nec positivè impediatur, quin actu nutriat; ad quod sufficit, quod dignè, & in statu gratiæ recipiatur, ita quod, si per impossibile dignè, & reverentè suscipiatur, & non sequeretur actualis nutritio spiritualis, nihilominus satisfi præcepto. Cum ergo ille cibum indignè susceptus non sit spiritualiter nutritivus saltem proximè, & positivum impedimentum apponatur ne nutriat, non satisfi præcepto, qui indignè sumit: sicut, qui sumeret cibum venenatum, vel impediret ne cibum ordinarius nutriat, non censeretur satisfacere præcepto naturali de sumendo cibo pro conservanda vita corporali. R. 2. D. M. Finis præcepti, qui necessariè per se non sequitur, ex medio, quod præcipitur, ut maceratio corporis ex jejuniò, non cadit sub præcepto, C. qui per se necessariè sequitur ex medio, quod præcipitur, subdistinguo: Non cadit directè sub præcepto, C. indirectè, N. Hoc ipso enim quod præcipitur medium, ex quo per se necessariè sequitur finis, etiam ipse finis censeretur eodem præcepto cadere: ex digna autem, & reverenti communionem, quæ præcipitur, sequitur per se necessariè nutritio spiritualis, ideoque cadit sub eodem præcepto.

Inst. Baptismus est institutus ad regenerationem spirituales; atqui ipsa gratia spiritualis non cadit sub præcepto; qui enim fide suscipit Baptismum, non est regeneratus spiritualiter, & tamen satisfi præcepto cum iterum baptizari non debeat: ergo. R. 1. N. Min. Ad Prob. dico, quod ratio, cur non debeat iterum baptizari, non est, quia satisfi præcepto; sed quia Baptismus non est iterabilis sicut communicatio, & sic præceptum factum est ipsi impossibile. R. 2. N. Cons. Disparitas est, quod Baptismus fide susceptus habeat aliquem effectum, nempe caracterem, qui comparatur statum peccati, & cujus virtute, dùm revivisset Baptismus, plenum habebit effectum; quod non potest dici de Eucharistia.

Ex dictis colliges, eum, qui in malo statu sumpsit Viaticum, non satisfi præcepto divino, ideoque ad illud iterum sumendum teneri, nisi obstat, vel scandalum, vel infamia, vel prohibitio Ecclesiæ de non bis communicando in uno die. Quod an ita sit, consultat quisque praxim suæ Ecclesiæ.

§. V. Quid sit censendum de frequenti, & quotidiana Communionem?

Hæc de quæstione hodiè magno est disputatur occasione operis, gallicè conscripti a R. Patre Joanne Pichon Soc. Jesu, cui titulus, *Esprit de Jesus Christi, & de l'Eglise, sur la frequente Communion*; in quo auctor multis argumentis pugnat pro frequenti, imò, & quotidiana Communionem, quibusdam Ecclesiæ Præsulis illi plaudentibus, aliis, & pluribus, datis mandatis, & institutionibus, illi contradicentibus, atque virga censoria improbantibus. Inter hos conflictus nihil accuratius, nec solidius arbitror posse dici circa hanc materiam, quam quod dixit Angelicus Doctor hic art. 10. ubi ex professo querit, *Utrum liceat quotidie hoc Sacramentum sumere?* Unde, ejus menti, & literæ inhærens,

Dico, (*Hæc art. 10. o.*) quod circa usum hujus Sacramenti duo possunt considerari, unum quod est parte ipsius Sacramenti, cujus virtus est hominibus salutaria, & ideo utile est quotidie ipsum sumere, ut homo quotidie ejus fructum percipiat, undè Ambros. l. 4. de Sacrament. c. 6. dicit: *Si quotiescumque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debet semper accipere; qui semper peccat, debet semper habere medicinam.* Alio modo potest considerari ex parte sumentis in quo requiritur, ut cum magna devotione, & reverentia ad hoc Sacramentum accedat. Et idèò, si aliquis se quotidie ad hoc paratum inveniat, laudabile est, quod quotidie sumat. Undè Aug. serm. 28. de verbis Dom. cum dixisset: *Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit*, subjungit: *sic vive, ut quotidie merearis accipere*, sed quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta hujus devotionis accurrunt propter corporis indispositionem, vel animæ, non est utile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere, sed quotiescumque se ad illud homo invenit paratum. Undè in libr. de Eccles. Dogmat. c. 53. dicitur: *Quotidie Eucharistia communionem accipere nec laudo, nec vituperò.*

Hæc S. Doct. in corpore articuli. (*Ibid. ad 3.*) Et, cum sibi 3. loco objecisset, quod ad reverentiam hujus Sacramenti debitam pertinet ab illo abstinere; respondit, quod reverentia hujus sacramenti habeat timorem amoris conjunctum (undè timor reverentiæ ad Deum dicitur timor filialis) ex amore enim provocatur desiderium sumendi, ex timore autem consurgit humilitas reverentiæ. Et idèò utrumque pertinet ad reverentiam hujus Sacramenti, & quod quotidie sumatur, & quod aliquando abstinatur. Undè Aug. dicit Ep. 118. *Si dixerit quisquam, non*

quotidie accipiendam Eucharistiam, alius contra: faciat minus, quod secundum fidem suam piè credit esse faciendum. Neque enim litigaverunt inter se Zachæus, & ille Centurio, cum alter eorum gaudens suscepit Dominum; alter dixit: non sum dignus; ut intres sub tectum meum; ambo Salvatorem honorificantes; quamvis non uno modo: amor tamen, & spes, ad quæ semper Scriptura nos provocat, præferuntur timori. Undè & cum Petrus dixisset: *Exi a me Domine, quia homo peccator sum*, Respondit Jesus, *Noli timere.* Hæc iterum S. Thom.

Dices. Juxta principium D. Th. q. 79. art. 8. o. quod nos de Sacramentis in genere Dissert. 3. art. 4. propugnavimus, peccata venialia affectu retenta, aut actu exercita in actuali assumptione hujus Sacramenti, scilicet augmentum gratiæ habitualis, ad quod sufficit status gratiæ: ergo cuilibet; qui se prudenter existimat esse in statu gratiæ, consulendum est, ut frequenter, imò & quotidie communicet, non obstantibus peccatis venialibus, quibus afficitur, aut quæ actu committit communicando. R. N. Conseq. 1. Quia, licet communicans in statu gratiæ cum peccatis venialibus affectu retentis, aut actualiter commissis, acquirat augmentum gratiæ habitualis; cum tamen huic Sacramento totum Christum contineri debeat præ ceteris maxima, & singularis reverentia, negari non potest quod frequenter, aut quotidie ad ipsum accedere scienter cum affectu ad venialia, aut actu ea committendo, sit saltem irreverentia venialis. Præstat autem Deum non offendi venialiter, quam hominem acquirere aliquid leve augmentum gratiæ. 2. M. Jus augmentum gratiæ recipiet rarius communicando, & melius se disponendo, quam sæpius communicando in solo statu gratiæ cum actualibus peccatis venialibus; sic enim, ut diximus, minimum quod potest gratiæ augmentum recipit. 3. Non debet tantum attendi ad fructum recipientis, alioquin non quotidie, sed plurius in die oporteret communicare, sed ad dignitatem, & majestatem illius, qui recipitur, quocum tam familiaris, & frequens conversatio longè majorem exigit condignitatem, & dispositionem ex parte recipientis, quam rara ejus frequentatio, ut in ipsis humanis patet. Posset etiam obijci exemplum Sacerdotum, qui quotidie, aut frequenter celebrant, cum tamen aliquorum vita non sit purior, nec charitas ferventior, quam plurium Laicorum; sed discrimen est, quod Sacerdotes sint ex officio quasi mediatores inter homines, & Deum, quem interpellare debent pro populo, & quod sacrificium, quod offerunt, proit ex opere operato omnibus fidelibus vivis, & defunctis, & toti Ecclesiæ; non sic Laici, nec eorum communionem. Neque tamen excusandi sunt Sacerdotes, qui mores suos conformiter ad dignitatem suam componere non curant.

Hic usque dicta conformia sunt Decreto Innocentii XI, quod ad majorem præcedentem confirmationem, & pleniorum Confessoriorum, cum communicantium, instructionem hic subiiciendum duxi, cum quibusdam propositionibus damnatis præsentem materiam spectantibus.

Decretum Innocentii XI. de Sacramentis Communionis usu, datum anno 1679.

CUM ad aures sanctissimi D. N. fide dignorum testimonio pervenerit, in quibusdam Diocesium vigere usum quotidianam communionis, etiam in feria sexta Pasce, & simul affirmari eandem quotidianam communionem præceptam esse a Jure divino. Cum autem hæc Sanctissimus consideranda commiserit S. Congregationi Cardinalium Concilii Trid. Interpretum, eadem S. Congregatio prævia matura discussione supra prædictis unanimi sententia ita censuit. *Etsi frequens, quotidianaque sacro-sancta Eucharistiæ usus a SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus; nunquam tamen, aut sæpius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi, certos singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, quos nec Concilium Trid. præscripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputare, nihil precipiens, quid cuperet tantum indicavit.* Cum, inquit, optaret quidem sacro-sancta Synodus, ut singulis Missis fideles adstantes Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent; Idque non immeritò; multiplices enim sunt conscientiarum recessus, varie ob negotia spiritibus alienationes, multe e contra gratiæ, & Dei dona parvulis concessa: quæ cum humanis oculis scrutari non possumus, nihil certè de eorum dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiano vitalis panis usu potest constitui. Et propterea, quoad Negotiatores ipsos attinet, frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus Confessoriorum secreta cordis explorantium judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, & frequentie fructu, & ad pietatem processu Laicis negotiatoribus, & conjugatis, quod propiciet eorum salutem profuturum, id illis præscribere debebunt. In conjugatis autem hoc am-

plus animadvertent, cum B. Apostolus nolit eos invicem fraudare, nisi forte ex consensu ad tempus ut vacent orationi, eos serio admovent, tamdiu magis ob sacratissima Eucharistia reverentiam continentie vacandum, puriorique mente ad celestium Epularum communionem esse conveniendum. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut a frequentia, aut quotidiana sacrae communionis sumptione iniqua precepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituentur, sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet illudque omnino provideat, ut nemo a sacro convivio, seu frequentia, seu quotidie accesserit, repellatur: & nihilominus dei operam, ut unusquisque dignus devotionis, & preparationis modo rarius, aut crebrius Dominici corporis suavitate degustet. Item Morales quotidie sacram Communionem petentes admonenda erunt, ut in diebus ex eorum Ordinis instituto praesentibus communicent: si que vero puritate mentis evigilant, & seriore spiritus in incaluerint, ut digna frequentiori, aut quotidiana sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis a Superioribus permittatur. Proderit etiam, praeter Parochorum, & Confessariorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum haberi, ut cum fideles ad sanctissimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accenderint, statim de magna ad illud sumendum preparatione orationem habeant, genitumque ostendant, eos, qui ad frequentiore, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive Laici negotiatores sint, sive conjugati, sive quicumque alii, suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac divini iudicii discant celestem mensam, in qua Christus est, revereri; & si quando se minus paratos senserint, ab ea abstinere, sequi ad majorem preparationem accingere. Episcopi vero, in quorum Diocesis viget huiusmodi devotio erga sanctissimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant, eamque ipsi adhibere prudentiae, & iudicii temperamento alere debeant, & ab eorum officio postulari sibi maxime persuadeant, nulli labori, aut diligentiae parcendum, ut omnis irreverentiae, & scandalum suspicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque, ac dona in summentibus auvantur, quod abunde continget, si huiusmodi devoto studio, divina praesente gratia, tenentur sequi sacratissimo pane frequentius refecti cupiunt suas vires expendere, sequi probare cum timore, & charitate assueverint. Porro Episcopi, & Parochi, seu Confessarii redarguant asserentes communionem quotidianam esse de Jure divino. Et facta depraemissis omnibus, ac de verbo ad verbum, relatione, Sanctitas, sua probavit, ac praesens Decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum, &c.

F. CARD. COLUMNNA Pref.

Notanda sunt insuper sequentes propositiones damnatae. 1. Arcendi sunt a sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expertus. Est damnata ab Alexandro VIII. 2. Sacrilegi sunt iudicandi, qui jus ad communionem percipiendam praesentunt, antequam condignam de delictis suis penitentiam egerint. Damnata est ab eodem. 3. Frequens Confessio, & Communio, etiam in illis, qui gentilitate vivunt, est nota Praedestinationis. Damnata est ab Innocentio XI.

Ex hinc usque dicitur, & relatis constat, esse secundum se laudabilem, & utilem frequentem quam raro, communicare; nullas tamen posse statui regulas certas pro frequentiori, vel rariori communioni: sed standum esse iudicio prudentis, & intelligentis Confessarii, qui, attenta personarum conditione, majori, vel minori dispositione, majori vel minori fructu frequentius, aut rarius communionem praescribere debet.

ARTICULUS II.

De Communionem sub utraque specie.

Abente saeculo 14. Petrus Dresdensis Prae in Bohemia Ludimagister, coadjubante Jacobello Misnensi famoso Concionatore, usum Calicis iam antiquatum ut necessarium resuscitavit. Ab his errore Johannes Hus hausit, unde Hussitae. Hi in duas sectas divisi sunt. Altera Thaboritarum, sic dicti a civitate Thabor, quam in quodam monte edificavit Zisca Tyrannus, & in qua crexerat 300 mensas, Communioni sub utraque specie destinatas, ad quas feruntur una die accessisse 30. hominum milia. Altera Calixtinorum ab u-u Calicis dicta. Carolostadius, nascentis Lutheranismi, eundem errorem propugnavit. Lutherus vero variis admodum, & inconstans fuit circa hanc materiam. Primo usum Calicis indifferenter dixit Tur docuit, ad solum Concilium generale, non ad privatos Episcopos, pertinere ea de re quidquam declinare. Deinde negavit id posse Concilium generale. Postea dixit, quemlibet Sacerdotem teneri utramque speciem fidelibus offerre, his autem in liberum esse utramque, vel unam sumere. Tandem lib. de visitatione Saxonica damnat Com-

munionem sub una specie, tanquam Christi institutioni contrariam. Calvinus l. 4. Instit. c. 17. scripsit, Communionem sub una specie ex officina diaboli predisse, nec posse ex precepto Christi aliter quam sub utraque specie suscipi. Et ita sentiunt omnes Calvinistae: qui tam enim praesentiam resem negant.

Inter Catholicos quidam sunt, qui, quamvis agnoscat, nullum esse preceptum de Communionem sub utraque specie, & omnem gratiam ad salutem necessariam conferri per unam speciem, sicut per duas; contendunt tamen, praeter hanc gratiam necessariam ad salutem aliquam conferri per utramque speciem, quam per unam. Ita Melchior Cano ex nostris, Antonius Uglio Franciscanus, & quidam alii, quorum sententiam intactam reliquit Concilium Trid. Primum ergo Dogma Catholicorum statuitur contra Haereticos: 2. contra laudatos Theologos disputabimus. Unde sit

§. I. Utrum Communio sub utraque specie sit necessaria ex precepto divino?

Dico (Hic art. 12. o.) Fideles Laici, aut Sacerdotes, non consecrantes, nullo precepto divino tenentur communicando sumere utramque speciem. Ita post Concilium Constantiense, & Basileense definitum Trid. sess. 21. c. 1. his verbis: *Si quis dixerit, ex Dei precepto, vel necessitate salutis omnes, & singulos Christi fideles utramque speciem Eucharistiae Sacramenti sumere debere; anathema sit.*

Prob. Praeceptum divinum pro Laicis, & Clericis, non consecratis, communicandi sub utraque specie, erui non potest, neque ex facto Christi instituentis hoc Sacramentum, neque ex Scriptura sacra, neque ex antiqua Ecclesiae Praxi, neque ex SS. Patribus, neque ex natura Sacramenti: ergo non extat. Patet Consequentia a sufficienti enumeratione in Antecedente, quod est probandum. Non ex facto Christi instituentis hoc Sacramentum: non enim omnia, quae fecit Christus in institutione huius Sacramenti, faciendae praecipit: alioquin Laici, & mulieres possent, & deberent consecrare, & post cenam communicare. Non ex Scriptura. Urgent potissimum Haeretici illud Joann. 6. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* At respondet Trid. sess. 21. c. 1. *Qui dixit: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis, dixit quoque ibid. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum; & qui dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam, dixit etiam ibidem: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ex denique, qui dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, dicit nihilominus: Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum. Imo, ut observant Theologi post nostrum Joannem de Ragusio in Concilio Basileensi, Christus in hoc capite undecies mentionem fecit de hoc Sacramento sub specie panis, quater autem tantum sub nomine carnis, & sanguinis. Ex quibus liquet, atet, ipsum intendisse non tam modum sumendi, quam rem sumendam, & solam speciem panis sufficere ad salutem: cum enim corpus, & sanguis sint sub qualibet specie, qui sumit unam speciem, manducat corpus, & bibit sanguinem. De hoc, & aliis Scripturae locis iterum in sol. Aug.*

Non ex antiqua Ecclesiae praxi. Patemur quidem ultro, primis Ecclesiae saeculis usque ad duodecesimum non infrequentem fuisse communionem sub utraque specie unde in eo probando oleum, & operam perdidit Haeretici: at negamus, fuisse usurpatam tanquam necessariam ad salutem, aut ex precepto divino, si quidem in multis casibus omittitur, aut ex praep- to alterutra specie. 1. Tempore Apostolorum. 2. In Communionem infirmorum. 3. In Communionem infantium. 4. In Communionem domestica. 5. In Communionem publica, quod paulo latius est explicandum, & probandum. Legimus in Act. Apostolorum c. 2. de primis fidelibus, quod perseverantes erant in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus; ubi nulla mentio Calicis. Neque verisimile est, Nazario initio nascentis Ecclesiae, cum permitteretur adhuc legalia, conversos vino, quod ipsis prohibuit erat, usos fuisse. In Communionem infirmorum, constat, unam tantum speciem perrectam fuisse, ex Eusebio l. 6. Hist. c. 44. ubi narrat, Sacerdotem misisse per puerum ad separationem morti proximam exiguum Eucharistiae partem, ac jussisse, ut mactefactam, seu ut verit Valesius, *In aqua intinctam seni in os instillaret, qua ille paulatim absorpta continuè animam exhalavit.* Ex Paulino Diacone, qui in vita S. Ambrosii refert, Honoratum Vercellensem tradidisse S. Ambrosio in extremis posito Domini corpus, quo accepto, ubi deglutivit, emisit spiritum, Viaticum secum ferens: nihil de Calice. Item ex Ulderico l. 1. consuet. Cluniacensis c. 8. & l. 3. c. 28. ubi refert, Cluniacenses ante sexcentos annos dare infirmis unam speciem panis vino non consecrato intinctam, &c.

& asservare pro Viatico absque specie vini quatuor hostias in pixide, & in aurea columba super altare pendente.

In Communionem infantium datam aliquando fuisse illis unam tantum speciem, probant sequentia. Cyprianus Tract. de lapsis refert tanquam testis oculatus, infantulum, quae panem vino mixtum de Idolothitis commederat, cum illi sicut aliis praesentibus Diaconus prorrigeret sacrum Calicem, *Os labiis obturantis premere, & Calicem recusare, quom cum reluctanti infundisset Diaconus, Tunc sequitur singulus & vomitus, in corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit.* Ibi nulla mentio panis, quem si puella accepisset, pari ratione evomisset, quod non dicitur. Neque dici potest, in illo Calice panem mixtum fuisse; id enim est fingere, praesertim cum usus Communionis intinctae tempore Cypriani esset incognitus, cujus prima mentio occurrit in Concilio Bracarense c. 1. art. 675. ubi improbat. Evagrius l. 4. Hist. c. 36. Nicephorus l. 17. c. 25. & alii referunt, verumtam fuisse plurimum Ecclesiarum consuetudinem, micas panis Eucharistici, quae ex publica fidelium Communionem supererat feria quarta, vel sexta, pueris scholas frequentantibus distribuere, de qua nos supra contra Lutheranos, dum de permanentia Eucharistiae.

Quantum ad Communionem domesticam refert Basilius Ep. 28. ad Caesariam Patriciam, fideles tempore persecutionis, & omnes, qui per Eremum monasticam vitam agebant, asportare secum Eucharistiam, ut tempore opportuno Communionem sumerent, quod etiam dicit Tertull. l. ad uxorem c. 5. Cyprianus serm. de lapsis, Ambrosius Orat. de obitu fratris sui Satyri; Aug. serm. 222. & alii. Id autem intelligi non potest; ut plurimum saltem, nisi de specie panis; tum quia laudati Patres, praesertim Aug. scribunt, mulieres solitas sumere Eucharistiam de manu Sacerdotis in Intecamine mundo, quod non potest intelligi de specie vini; tum quia, ut testatur Cyrillus Jerosol. Catechesi 5. & Nazianzenus orat. contr. Arianos, sola species panis dabatur Laicis in manu a Sacerdote, calix autem non porrigebatur illis nisi per manus Sacerdotis, aut Diaconi, neque fas erat illis illam tangere; tum quia vinum dum servari non poterat, facile enim accessit & corrupturum.

Tandem etiam in Communionem publica aliquando porrectam fuisse solam speciem panis, aut saltem liberum fuisse unum vel duas species sumere, probatur ex momentis sequentibus. S. Leo. Serm. 4. de Quadrage. refert, Manichaeos, ne deprehunderentur, & tuto manerent Romae, accedere ad sacram Mensam cum fidelibus, sed speciem panis tantum sumere, nunquam speciem vini, quod vel Diaconis & a patre Diabolo esse dicebant, hocque indicio, quod nunquam sumerent species vini, dicit esse detegendus; consequenter praecipit omnibus utramque speciem sumere. Porro, si praecceptum divinum fuisset omnibus utramque speciem sumendi, nec cuique fuisset licitum ab hoc usu recedere, diu laterit non potuissent Manichaei, sed ad primam communionem agniti fuissent, nec opus erat, ut utramque speciem sumere praeciperet S. Leo. Hieronymus Ep. 22. ad Eustochium, narrat, fuisse Romae quasdam Virgines ita abstemias, & a vino abhorrentes, ut nec in ipsis Mysteris speciem vini sumerent; quam ob causam a mulieribus vino deditis vocabantur, *Miseræ & Manichaeæ.* Vener. Beda l. 2. Hist. c. 5. scribit, Idololatrias quasdam in Anglia dixisse Pontifici, Eucharistiam post Missarum solennia distribuenti: *Quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem & Patri nostro dabis, & populo adhuc in Ecclesia dare non desistis?* Tandem hunc usum invictè probat Missa, quae dicitur *Prasancificatorum*, quam ex antiquissima consuetudine Latini celebrant die Parasceves, & Graeci saepius in Quadragesima, quippe qui non nisi Dominicis, Sabbatis, & Festo Annuntiationis consecrant, aliis autem diebus Missam *Prasancificatorum* in sola specie panis prius consecrata celebrant. Sic statuit Concilium Trellan. ann. 692. Can. 52.

Quod autem respondent Haeretici, vinum contactu particulae hostiae consecratur, qui illi admiscetur, consecrari, siquo duplicem speciem sumi, signum est apertum, cum certum sit, solis verbis Domini, non contactu alterius rei consecratur, specierum consecrationem perfici: & Ordo Romanus antiquissimus in officio ferit 5. hebdomadae sanctae dicit, fideles die Parasceves communicare absque sanguine. Unde quando infra dicit, vinum consecratum misceri sanguini non consecrato, & istud *sanctificari per omnem modum*, atque Archidiaconum confirmare sanguine Dominico, quos communicaverat Pontifex corpore Dominico, non loquitur ibi de ritu diei Parasceves, non enim ista die sanguis Christi cum vino non consecrato miscetur, sed de ritu aliis diebus servari solito, quo aliqua pars vini consecrati infundi solebat in calicem vino non consecrato plenum, ex quo bibebant fideles.

Non ex SS. Patribus; patet ex laudatis superioribus, & amplius patet ex solut. objectionum. Non tandem ex natura Sacramenti; quia sub una specie totus Christus continetur, to-

ta ratio Sacramenti salvatur; & gratia ad salutem necessaria conferitur: ergo. Prima pars Ant. ex art. 1. Dissert. 4. patet. Prob. 2. pars. Ratio Sacramenti consistit in significando & efficiendo. Quantum ad significationem, hoc Sacramentum significat Christum praesentem, passionem ejus, refectionem animae spiritualem per gratiam, & unionem fidelium inter se & cum Christo capite; atqui una species significat totum Christum praesentem, quia totus in una continetur: significat passionem ejus: corpus solum vi verborum ponitur sub specie passionem ejus: sanguine: significat refectionem spiritualem animae, quia proponitur ut cibus; & quamvis ad refectionem corporalem requiratur cibus & potus, in refectione tamen spirituali non distinguitur inter cibum & potum, praesertim in hoc Sacramento, in quo cibus continet potum, & potus cibus: significat tandem unionem fidelium inter se & cum Christo, quatenus ex multis granis unus panis efficitur. Quantum vero ad efficientiam huius Sacramenti, causat gratiam cibantem & nutritivam; atqui hanc non minus causat una species, quam ambae, quia signa sensibilia in Sacramento non causant gratiam ex se ipsis, sed ex virtute sibi impressa; in hoc autem Sacramento loco virtutis impressae est ipse Christus totius gratiae fons & origo, qui totus & integer sub una specie, sicut sub utraque, continetur: ergo per est efficacia unus species, ac utriusque: & inde sequitur ulterius, quod per unam speciem conferatur tota gratia necessaria ad salutem sicut per utramque, quod est tertia pars Antecedentis. An autem conferatur major per utramque speciem, sed non necessaria ad salutem, dicemus §. seq.

Prob. insuper Concilio duplici argumento. 1. Si communio sub utraque specie esset necessaria Jure divino, nunquam auferi potuisset usus calicis absque resistantia, & plurimum commotione: atqui non solum in prioribus saeculis, ut vidimus, communio sub una specie in pluribus casibus fuit in usu, sed a saeculo XII. ad finem XIII. saeculi usus calicis fere ubique abrogatus fuit nullo reclamante: ergo. 2. Ad hominem. Si communio sub utraque specie est Jure divino necessaria, nulla auctoritas humana posset in ea dispensare; sicut, quia aqua est Jure divino necessaria ad Baptisimum, nulla humana auctoritas potest dispensare, ut conferatur sine aqua; atqui Calvinista in disciplina Eccles. cap. 12. art. 10. dispensant eum abstemias, & cum iis quibus grave est calicem post alios sumere, ut possint communicare sub sola specie panis, modo protestatur se id non facere in despectum: ergo sibi contradicunt Haeretici.

Dico 2. Ecclesia iustis de causis prohibuit Laicis usum calicis. Has causas perstringit Cathec. Romanus p. 2. de Eucharistia num. 50. Prima est, ut periculum effusionis vitaretur, quod in tanta populi frequentia, ubi senes tremuli, juvenes incompositi communicare debent, vix alioquin vitari posset. Secunda, cum Eucharistia aegrotis praesto esse debet, timendum erat, ne, si diutius vini species asservaretur, accesseret. Tertia, ut servaretur uniformitas in hoc Sacramento unitatis; sunt enim multi abstemii, qui a vino abhorrent, sunt alii, quibus repugnat ex eodem calice bibere post sordidos, fetidos, & nauseandos: & in pluribus Provinciis est maxima vini penuria, nec ad illas sine maximis expensis, ac non nisi difficillimis itineribus convehi potest. Quarta, convellenda erat duplex haeresis; Jacobelli, qui damnabat sacrilegii eos, qui unam tantum speciem sumebant; altera eorum, qui negebant sub qualibet specie totum Christum contineri.

Petes, utrum usus calicis non sit aliquando licitus Laicis? R. 1. Certum est, Ecclesiam, sicut prohibuit, ita iustis de causis posse Laicis permittere usum calicis: quia, ut ait Trid. sess. 21. cap. 2. *Hec potestas perpetuè in Ecclesia fuit, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quae suscipiuntur utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire judicaret.* Communicare autem sub una vel duplici specie non pertinet ad substantiam Sacramenti, ut patet ex dictis, sed est disciplinae. Unde Concilium Basileense Bohemis & Moravis usum calicis permisit, idem indultit Germanis Pius IV, sed infelici exitu. R. 2. Certis in casibus licere de facto Laicis sumere species vini. 1. Si sit periculum, ne ab Haereticis effundantur, aut profinentur. 2. Si Sacerdote post assumptionem corporis defuncto, non adsit alter Sacerdos, qui species vini remanentes & corruptendas consumat. 3. Si sanguinem effusum Sacerdos lambere recuset. 4. Ex Privilegio: sic Imperatores & Reges Galliae, dum inaugurantur, communicant sub utraque specie: similiter Diaconus & Subdiaconus summo Pontifici, solemniter celebranti, assistentes,

Solvuntur objectiones.

Quamvis praecipua Haeticorum argumenta praecipua sint inter probandum, ad ampliore tamen eorum confutationem, Obj. 1. Sicut ex hoc, quod dixit Christus